



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2264. Markgraf Woldemar schenkt dem Domkapitel von Budissin
Steuerfreiheit auf 6 Jahre, am 29. August 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

catis post eum ibidem statuendis, gratiam suam ac omne bonum. Vestre fidelitati, honorabiles viros, prepositum, decanum et capitulum ecclesie Budiffenensis cum bonis eorundem et ecclesie recommendamus, literas per presentes districte precipientes, quatenus ipsas, familiam ipsorum et subditos, bona fidei protectione tueamini et sincera, non admittendo, ut quisquam ipsos in personis, in familiaribus et subditis ipsorum et bonis molestare verbo vel facto presumat. Ipsos quoque molestare presumentes compescatis tali pena, que alijs prodeat in exemplum et terrorem incutiat non necandi. In super uobis committimus et mandamus, quatenus vniuersos et singulos, qui ipsis decimas et alias pensiones uel census soluere tenentur, ut debitis exfoluant terminis, efficaciter compellatis, prouisorj, ut hoc nostrum mandatum adeo fideliter et studiose exequaminj, ne contra uos tanquam rebelles et tanquam nostre uoluntati rebellantes procedere compellamur; Quoniam et per antecessores nostros, sicut in ipsorum comperimus literis, tuicione et remedio consimili est munita ecclesia supra dicta, quorum uestigijs nostram condecet reuerenciam inherere. Datum sub nostro pendentij sigillo propter maiorem efficaciam, anno dominij M^o. CCC^o. XVIII^o., die s. Laurencij in Görliz, presentibus reuerendo domino Withegone, ecclesie Misnensis episcopo, Droisecone, Luthero de Scriuersdorff, Redekino, marschallo, Henrico de Schenkendorpp, Petsecone de Loffowe, Henningo de Wolcowe et Henningo de Boetel, militibus, Gerardo, preposito Stolpenfi, canonico dicte ecclesie, et Hermanno de Luchowe, nostris capellanis, et alijs fide dignis.

©. Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I, S. 349.

2264. Markgraf Woldemar schenkt dem Domkapitel von Budissin Steuerfreiheit auf 6 Jahre, am 29. August 1318.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, publice in his scriptis, quod bonis capelle in Budessin adiacentibus, ne penitus desolentur, cupientes subuenire in tempore, tali remedio ipsis duximus succurrendum, ita sane quod a data presentium ultra ad sex annos ipsa ab omni precaria exactione et seruicio penitus libera esse uelimus et exempta. Mandamus igitur vniuersis nostris aduocatis, officialibus et precariarum collectoribus, tam presentibus quam futuris, quibus presens litera exhibita fuerit, ne ab ipsis bonis dictis sex annis durantibus quidquam ratione precarie, seruicij aut exactionis aut cuiuscunque exigant, sicut nostrum fauorem ipsis cupiunt suffragari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius est appensum. Datum in curia Breden, anno dominij M^o. CCC^o. XVIII^o., in die decollacionis S. Johannis.

Nach ©. Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I, S. 351.